Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ecclaus.

libri exponendo illud Ante omnem creatam fuit sapientia Requiescat in tabernaculo meo. Et in me ipsa quia propter dictam missionem filio qui est sapientia genita non dimittit esse in patre nec pater in filio

Conversumque positum dicens et dixit mihi Deus pater Habita Jacob in israel et in israhel hereditate. Et in populo descendente a Jacob qui alio nomine dicitur Israel Hic ait. In hoc enim populo remansit fides et cultus vivus veri dei certis commutatis ad idolatriam declinantibus Quaerendum etiam quare iste populus magis denominatur a Jacob qui et israhel quam ab Abraham et Ysaac quia non omnes eorum filii fuerunt fideles vt patet in Ysmahele et Esau Sed omnes filii Jacob fuerunt dei cultores propter quod et tribus illius populi denominantur ab eis Et in electis meis mitte indices. Et preceptum decalogi et alia ceremonialia et iudicialia que fuerunt illi populo data vt per eorum obseruantiam iudicaretur in sapientia diuina Ab initio hic confirmatur ponit electionis predicte confirmatio que fuit facta propter stabilitatem regni et edificationem templi temporibus David et Salomonis Permittit tamen hic sapiens gentem etiam vt phoc ostendat causa sufficiens stabilitatis ni alijs dicat igitur Ab initio phoc non potest intelligi in tanum temporis quia subdit et ante secula id est Sed intelligit ipse pater qui est principium emanationis et ante secula. Et etiam aliter quia filius etiam aliter procedit a patre creatus sum. Et ab eo accipiens esse perfectionem que large loquendo potest dici creatio vt dictum est. Et plenius in capo

Aliter exponunt aliqui Creatus sum. Et prius creari secundum humanam naturam in vnitate persone assumendam licet autem hec exposicio contineat veritatem non tamen videtur esse secundum actoris libri huius intentionem vt dictum est. Et in capo hoc etiam videtur expressum huius capitulo in principio vsque ad finem ponunt prouidentiam sapientie gentis Dicit autem quidem non est aliqua eius prouidentia quia conuenit omni creature quantumcumque minime Nam ab etiam priusquam esset producta in tempore et vsque ad finem seculi non desinam et etiam aliquam pistam et in habitacione sancta in mentibus sanctorum ipso et deo patre ministrum et in missione mea inuisibilem per sanctificationem impleuit non supradicto Vel aliter et in hiericoe sancta et in congregacione iustorum ipso ministrum in ministerio fecit Aaron et alios sacerdotes bonos Dicit dicit Genesis in persona domini Nunc cognoui quia timeas dominum et alios cognoscere fecit Et sic in syon